



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ervditione Religiosorvm**

**Humbertus <de Romanis>**

**Ingolstadii, 1591**

**VD16 H 5888**

5. Timor quomodo se habeat ad cæteras virtutes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

retur. Ruinæ imminentis subuenit humilitas: *Lib. 2. de*  
 quia secundum Bernardum. Omni indifferenter *confid. pa-*  
 personæ est quædam turris fortitudinis à facie *rism à med.*  
*inimici.* Augustinus. Solus vincitur, qui de se  
 præsumit. Humilitas ideo triumphat, quia Deus  
 in ea pugnat. Verè humilis, Deo attribuit gloriam,  
 quæ est de victoria: & ideo per consequens  
 super eum est pugna. Eiusdem enim est pugna,  
 & gloria de pugnæ victoria. Deus apud eum est  
 rex gloriæ: & ideo est ei Dominus virtutum,  
 virtutem ei conferens. *Psal. Dominus virtutum, Lib. 5. de*  
 ipse est rex gloriæ. Humilitas in fundamento *confi. circa*  
 spiritualis ædificij stabilitatem prouidet. *Ber. finem.*  
 nardus in libro de consideratione: Virtutum  
 bonum quoddam, & stabile fundamentum est,  
 humilitas. Nempe si nutet illa, virtutum aggre-  
 gatio nō nisi ruina est. Augustinus. Cogitas ma-  
 gnam fabricam construere celsitudinis, de fun-  
 damento cogita humilitatis.

*Quomodo timor se habet ad cæteras virtutes.*

### C A P V T V.

**S**equitur de ordinatione timoris Domini ad  
 cæteras virtutes, quem Spiritus sanctus po-  
 nit principium, & radicem sapientiæ. Timor *Pro. 1.*  
 Domini principium sapientiæ. Radix sapientiæ *Eccl. 1.*  
 timere Deum. Et notandum quod cum sapien-  
 tia sit sapore virtutum condita scientia: duo  
 pertinent ad sapientiam, scilicet cognitio, & af-  
 fectio. Quantum ad cognitionem, timor est  
 principium sapientiæ. Primo, quia mundat cor,  
 iuxta illud: Timor Domini expellit peccatum. *Eccl. 1.*  
 Mundando verò cor facit oculum cordis vide-

M 5 re

*Serm. 62. sa per Cant. circa fine.* re clarus. Bernardus. Sincero oculo veritas patet. Secundò, quia cùm sit fuga mali, fugit & cauet errorem, qui est malum rationis. Homomoratus non leuiter credit, quod à ratione accipitur, sed diligenter illud examinat. Tertiò, quia repellit omnem negligentiam, secundum illud: Qui timet Deum, nihil negligit. Cauet negligentiam in studio, & per diligens studium in sapientia proficit. Quartò, quia tumorem superbiæ expellit, qui susceptionem sapientiæ impedit: & humilitatem introducit, quæ ad sapientiam disponit. Bernardus: Superbo oculo veritas non videtur: Vbi humilitas, ibi sapientia.

*Serm. 62. super Cant. circa fine.*

Quantum ad saporem, timor est principium sapientiæ: quia est prima affectio. Primo enim oportet animæ despere mala: ut post ei sapientia bona. Bernardus. Bene initium sapientiæ timor Domini, quia tunc Deus primo animæ sapis, cùm eam afficit ad timendum: non cùm instruit ad sciendum. Timor cæteras virtutes purificat, opera earum scrutatur: si quid mali in eis inuenitur, facit illud corrigi. Etiam tuta pertimescit. Verebar omnia opera mea. Abundantiam bonorum operum illis procurat. Qui timet Deum, faciet bona. Timor Domini sicut parvus benedictionis. Qui habet timorem Domini, semper timet ne faciat parum; plus elegit abundare, quam deficere. Vnde verum est illud: In timore Domini non est minoratio. Eiusdem: Timor Domini in plenitudine commorabitur. Timor etiam cæteras virtutes conservat. Hieron. Timor, virtutum custos est; securitas, ad lapsum facilis. Timor virtutes cōprimit;

*Iob. 9.*

*Eccles. 5.*

*Ibid. 40.*

*Eccles. 40.*

*Eccles. 27.*

ne evanescant: Nisi te instanter tenueris in timore Domini, cito subuertetur domus tua. Timor declinat pericula: quod multum valet ad conseruationem. In timore Domini declinatur *Pro.16.* à malo.

*Quomodo ergo timor se habeat ad cæteras virtutes, ex predictis per pulchrem patet insufficien-*

*TERTIA PARS. QVOD CLAVSTRA-*  
*lis debet habere in desiderio, manere*  
*in monasterio.*

## CAPVT I.

**S**EQUITVR de ordinatione animi respectu locorum. Ad quem primo pertinet, ut is qui in religione est, non leuiter velit de monasterio egredi. Manere in monasterio, in desiderio habeat: egredi verò, in patientia; si obedientia vel charitas vel pietas hoc requirat. Discursus viri religiosi per mundum sine necessitate, nec Deo placet, nec ipsum decet, nec ei securus est. Ad primum pertinet illud: Dilexit mouere *Hier.14.* pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Stabilitas virum religiosum decet, quæ est quasi quædam imago æternitatis. Seneca: *Epist.2.cir-*  
*Primum argumentum mentis compositæ, exi-* *caprin.*  
*stimo, posse consistere & secum morari. Vir re-*  
*ligiosus qui in claustro manere non potest, fre-*  
*quenter in mundo periclitatur. Semei, dum*  
*mansit in Hierusalem, vixit: postquam exiuit de*  
*Hierusalem, occisus est: Et Dyna filia Iacob e-* *3.Reg.2.*  
*gressa,* *Gen.34.*